



Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

Mancius Mizogucci.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Alius patenam è collo , vt
monile, seu bullam , appen-
dit: aliis casulâ indutus sele
iactabat : calicem aliis , ceu
poculum , gestabat manu .
Alphōsus adolescens à Neo-
phyti desertoris germano
seruatus, ait sicarios Crucifixum è cista extractum non
sine contemptione significati-
onem contemplatos, alios
quidem repentinò conterri-
tos aufugisse , tres autem
ipso in loco mortuos conci-
disse .

Crucif.
xus.

Mancius Mizogucci. Coad.
Funai natus in Regno Bū-
gensi . cùm mysteriorum fi-
dei, ac patriæ linguæ peritiâ
pro concione ad suos ma-
gno cum fructu vteretur ,
Neophytes in religione fir-
mabat tempore tempestatis
à Daifuo excitatæ . Socijs à

Iapon.
in Iaponia
Februar.
1615.
etat. 43.
Societ. 13.

C 3 ty-

tyranno è Iaponia amanda-
tis , Mancius more primæ
Fides. Ecclesiæ latitās, Christianos
omni ope solabatur , atque
seruabat , ærumnas multas
perpessus; quæ illum etiam
extinxere .

P. Didacus Tuki.

Iapon.
Ozacæ
Februa-
rio .
1636.
ætat. 62.
Soc. 42.

Fides.

A puero in Iaponico So-
cietatis Seminario educatus,
post Philosophiam Theolo-
giâ Morali triennio eruditus,
humaniores disciplinas tra-
didit quinque annis . Dai-
fusanæ furore proscriptis è
Iaponia socijs, perstigit ipse
dissimulatâ personâ in patria;
magnis pro re Catholica
itineribus, magnis laboribus
exantlatis . Viua nascentis
Ecclesiæ ac heroicorum il-
lorum temporum imago in-
illo eluxit, cùm per ipsos vi-
ginti annos per silvas vag-
tus,